

N. 63.

A. D. 1317

(25 giugno; Indiz. XV)

<i>Provenienza</i>	Cattedrale.
<i>Data di luogo</i>	Barletta.
<i>Rogatorio</i>	<i>Magister Spina not.</i>
<i>Descrizione</i>	Taglio rettang: alt. m. 0,61; larg. m. 0,39. In doppio originale.
<i>Scrittura</i>	Gotica.
<i>Contenuto</i>	Si trascrive innanzi al notaio, l'atto di procura ricevuto, in Napoli, dal giudice <i>Riccardus Pirontus de Cidoniola</i> , sin dall'11 giugno, da parte di Nicola Pipino, figlio di Giovanni, appunto perchè il padre <i>in transitu suo cum exercitu Regio ad preces Sicilie contra hostes</i> , avendo dovuto approntare grandi somme di denaro, non si trovò in grado di soddisfare a certi suoi impegni e specialmente alla somma di 100 once d'oro, dovuta alla Chiesa di S. Maria Maggiore (Vedi documento precedente). Ora il detto Nicola, perchè non ne venga detrimento all'anima del genitore, per l'obbligo derivante dalle 100 once e poscia per gli altri impegni, dà facoltà al su mentovato procuratore di disporre sino alla somma di mille once d'oro dai beni <i>feudali e burgensatici</i> ch'egli possiede in Barletta e nel regno di Sicilia. Nell'atto di transunto era firmato Nicola Pipino e sei nobili militi.
<i>Bibliografia</i>	Inedita.

† Anno ab Incarnacione domini nostri Iehsu Christi Millesimo Trecentesimo septimo decimo. Regnante domino nostro. Roberto *etc.* Regnorum suorum anno Nono Mense Iunii vicesimo quinto die eiusdem Quinte decime Inditionis apud Barolum. Nos Iohannes de Umfredo Regalis Baroli Iudex, Magister Spina publicus eiusdem terre notarius et subscripti testes liciterati *etc.* testamur quod predicto die discretus vir, Iudex Riccardus Pirontus de Cidoniola procurator viri Magnifici domini Nicolai pipini de Minerbino ad omnia et singula infrascripta, Coram nobis presentialiter constitutus, ostendit Nobis quodam (*sic*) scriptum puplicum actum Neapoli scriptum per manus Nicolai ferrilli puplici eiusdem Civitatis Neapolis notarii, signo suo signato, nec non sigillo et subscriptione Bartholomei Mangani Civitatis eiusdem Iudicis, Sigillo et subscriptione predicti domini Nicolai et certorum aliorum testium *etc.* Quod vidimus legimus et inspeximus diligenter non abolitum non abrasum non Cancellatum non interlineatum nec in aliqua sui parte corruptum, set in prima sui figura existens subscriptum per omnia seriei.

† In nomine domini nostri Iehsu Christi anno a nativitate eiusdem Millesimo Trecentesimo septimo decimo Regnante Serenissimo domino nostro Roberto *etc.* Regnorum vero eius anno nono feliciter amen. die undecimo Iunii Quintedecime Inditionis Neapoli. Nos Bartholomeus Manganus Miles Civitatis Neapolis Iudex, Nicolaus ferrillus puplicus eiusdem Civitatis notarius, et testes subscripti *etc.* testamur quod nobis in presencia Magnifici viri domini Nicolai de Minerbino ad eius accersionem in hospitio suo sito in predicta Civitate Neapolis in capite silicet (*sic*) Muntarone presentialiter constitutis, idem dominus Nicolaus asseruit coram nobis per executionem Codicillorum bone memorie domini Iohannis Pipini Magne Regie Curie Magistri Racionalis patris eius, ad magnam summam pecunie Se teneri et ad ipsius pecunie solucionem et exhibicionem et exequicionem Codicillorum ipsorum cum expressitate compelli, nec minus per instanciam in transitu